



W
gndauer prifte

I. N. I.

SALIGIA,

in Actu

Scholaſtico - Oratorio - Valedictorio,

præſentanda,

In Auditorio Scholæ Torgensis majori,

Anno MDCCXXIII. d. VIII. April. hora VIII. antemerid.

habendo,

ad quem


O.O. Honoratissimos Patronos & Auditores,

imp. ad hoc quam humillime invitata,

Petrus Paulus Fekno,

Lyc. Torg. Rector.

TORGÆ,
TYPIS PETERSELIANIS.



Benevolentissime, nec non Honoratissime
Lector!



Uicquid in hoc genere scripti invenis, quod cum tua mente non congruerit, in meliorem partem interpretari velis; est enim illud huic chartæ appositum ab eo, qui cum scriberet, cum infirmitate corporis, ex adverba valetudine proveniente, luctatus adhuc est. Cæterum, quod Actum nostrum attinet, possumus eidem, loco fundamenti seu materiae, quædam vitia moralia. Varietas delectat! postquam enim nobis mox Theologia, mox typi ex sacra scriptura, Christum Salvatorem nostrum dulcissimum, nasciturum & passurum adumbrantes, mox Doctrina Politica, mox ars medica, mox Geographia, mox Doctrina sphærica, & aliae, ansam ad exercitationem Eloquentiæ præbuerunt, placuit tandem, etiam in Philosophiæ moralis campum, aliquantulum expatriari & deflectere. Non sine causa autem hoc, juventus enim adulta, & ea quidem mascula litteris conferrata, tradente Plutarcho, Cap. X. §. I. de educatione liberorum, debet ad notitiam omnium rerum, præfertim vero earum, quæ in foro Encyclopædiæ, seu Eruditionis plenariae prostant, quam diligentissime duci; si non solide & ex fundamento, tamen per

per transcursum, & tanquam gustus gratia, quia nemo, in omnibus, perfectus fieri potest. Plutarcho iterum sic sentiente, loc. cit. sed Philosophiam exacte excolendam, juventuti litteris dicatae svadet, dicens & scribens: ἐν δὲ φιλοσοφίᾳ προσθέντες, id est: ceu antiquam colendam. Item: οὐδὲ τῆς ἀληγονίας παιδείας, μόνην καθαλλούσι τὴν φιλοσοφίαν. §. IV. Cap. supra alleg. Addit præterea in codem cap. similitudines, testimonia & caufas, quæ juvenem studiis humanioribus deditum, ad Philosophiam, scilicet practicam, incitare debant. Nos hoc loco cum Plutarcho facimus, afferentes: homines Philosophiæ practicæ, maximè moralis, ignoros, tota tua vita, extra cancellos Humanitatis, Civilitatis, Mansuetudinis, Humilitatis, Modestiae, & aliarum Virtutum moralium, turpiter errare. Sed, ut ad Scopum nostrum redeamus. Diximus supra: quod Actui nostro, quædam vitia moralia, loco fundamenti seu materiæ, poluerimus; & hoc eam ob caufam, quia hæc vitia tenuis hac, in nostro Lyceo, materiam exercitiū poëticū, nobis suppeditarunt, & ita eandem etiam stylo soluto, seu Eloquentiæ, præbere debent. Continentur autem hæc vitia, quorum sunt numero Septem, in Voce SALIGIA, & quidem sic: ut prima littera S. denotet superbiam, A. Avaritiam, L. Luxuriam, I. Iram, G. Gulam, I. secundum seu posterius, Invidiam, Posterius & ultimum, Acediam. Hæc septem vitia, referenda omnino sunt, in circulum Philosophiæ moralis, quæ Philosophiæ practicæ pars est, & quidem nostro judicio, præcipua; quia binas reliquæ, utpote Politica & Oeconomica notitia, ex hac, tanquam ex fonte limpidissimo fluunt, quod nemo, Philosophiæ practicæ constans amicus, negabit. Quis autem hæc septem vitia moralia, huic voci, quam jam diximus, inclusus? Respondetur: illi, qui nostræ Religioni evangelicæ, in excessu adverfantur, teste Johanne Ebarto, in Enchiridio Theologico-positivo-polemico; dicunt enim, quod vitia alia omnia, & peccata, sint venialia, ut peccata non contra legem, sed præter legem; hæc septem vero esse mortalia, quæ, memoria causa, voci SALIGIA, incluserunt. Refutandi quidem hi jam essent: sed quoniam refutatio hac in parte, non ad forum Philosophiæ moralis, sed ad forum sacro sancta Theologiae pertinet, eadem jam superfluebimus, ad scopum nostrum properantes. Quid autem hæc septem vitia moralia sint, quid in se contineant, quid efficiant, & quæ circa eadem consideranda, necesse pariter non est, ut in expositione diutius detineamus; cum quidam Lycei nostri bonæ spei & Indolis juvenes, eadem perorando, attentus hono-

honorablestimo Auditorum auribus, prout eorum vires per-
misericordia, proposituri sint. Et quidem:

I. Andreas Müller, Sommerfelda Brandenb. perstringet materiam to-
tius actus, Carmine Germano.

II. Joh. Christophorus Häußler, Torg. Misn. perorabit de Acedia.

III. Joh. Augustus Putrich, Neida Misn. dicet de Invidia.

IV. Christianus Samuel Kloß, Zinna Misn. vituperabit Luxuriam.

V. Joh. Georgius Schenck, Torg. Misn. differet de Avaritia.

VI. Septimius Florens Christianus Sauereßig, Gräfennh. Saxo, nigris
depinget coloribus superbiam.

VII. Joh. Gottlieb Poßelt, Hertzberga Saxo, dissuadebit Irām.


VIII. Joh. Christianus Pauli, Laßena Misn. accusabit Gulam.

Johannes Christophorus Häußler

&

Johannes Augustus Putrich,

Prioris valedictori sunt ore, stylo ligato, & quidem Latino, de quibus ju-
venibus optima quæqua speramus, & eam ob causam eodem,
de meliori nota commendamus Omnibus.



78 M 437



TA DOL

kein Rest.

nur 51. Stck verknüpft bisher



10/17

I. N. I.

SALIGIA,

in Actu

atorio - Valedictorio,

xsentanda,

holæ Torgensis majori,

VIII. April. hora VIII. antemerid.

habendo,

ad quem

os Patronos & Auditores,

umillime invitat,

aulus Fekno,

Torg. Rector.

TORGÆ,
TERSELIANIS.**Farbkarte #13**

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	B.I.G.	Black

Inches

Centimetres

1 2 3 4 5 6 7 8

Inches

Centimetres

1 2 3 4 5 6 7 8